Juribus nr̃is Regalibus Reipub.cae Ecclesiaeq Catholicae salvis. In cuius rei fidem &c.a Dat. Varsaviae die IIIa Mensis Marty Anno Dñi MDCXXIX. Regnorum Nostrorum Poloniae XXXXII. Sueciae XXXVo Anno.

Sigismundus Rex Stanislaus Siedlecki

Conservatio certorum fratrum in usu & pacificâ possessione Tabernae in Villâ Wołoska Kobylica existentis.

Sigismundus IIIus &c.a Significamus &c. Quia nos Honestos Maximum, Hryckonem, Steckonem, & Wasko Fratres, in usu et pacificâ possessione Tabernae in Villâ nostra Wołoska Kobylica, ad Tenutam Lipowien. pertinen. existentis cum omnibus aedificiys, agris, pratis, campis, additamentis, hortis eidem tabernae antiquitus annexis, conservan. esse duximus, conservamusque fratribus his nr̃is. Quam quidem Tabernam praedicti fratres, quilibet pro interesse suo, cum liberâ, ex antiquo braxa-

tione

tione cremati, tum propinatione Cerevisiæ ac cremati, salvo censu Decem Marcarum Pobrricatum exinde pendi solito, tenebunt, habebunt, et possidebunt, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem, non esse nos, Serenissimosque Successores nostros, ab usu et pacifica possessione, dictæ Tabernæ præenominatos Fratres seu quemlibet eorum, suo pro interesse amoturos, sed salvum ius ipsis conservaturos. Ipsis vero vita functis, non prius ad nos, Successoresque nostros, Eadem Taberna, cum attinentiis redibit, donec summa in literis Originalibus inscripta, vel ex taxa Commissariorum proveniens, Successoribus cuiuslibet eorum legitimis fuerit persoluta. Iuribus nostris Regalibus Reipublicæ et Ecclesiæ Catholicæ salvis. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviæ die Ultima Februarii Anno Domini MDCXXIX. Regnorum nostrorum Poloniæ XLII Sueciæ XXXV Anno.

Sigismundus Rex — Petrus Zeronski

Nobilis Vilhelmus Herwel cedit de Iure Feudi sibi super certas Villas in Districtu Resitensi sit. servienti, Generoso Melchiori Herwel.

tione cremati, tum propinatione Cerevisiæ ac cremati, salvo censu Decem Marcarum Polonicalium exinde pendi solito, tenebunt, habebunt, et possidebunt, ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimus autem, non esse nos, Serenissimosque Successores nostros, ab usu et pacifica possessione, dictæ Tabernæ prænominatos fratres seu quemlibet eorum, suo pro interesse amoturos, sed salvum ius ipsis conservaturos. Ipsis vero vita functis, non prius ad nos, Successoresque nostros, eadem Taberna, cum attinentijs redibit, donec summa in literis originalibus inscripta, vel ex taxa Commissariorum proveniens, Successoribus cuiuslibet eorum legitimis fuerit persoluta. Iuribus nostris Regalibus Reipublicæ et Ecclesiæ Catholicæ salvis. In cuius rei fidem etc. Datum Varsaviæ die Ultima Februarij Anno Domini MDC XXIX. Regnorum Nostrorum Poloniæ XLII. Sueciæ XXXV. Anno.

Sigismundus Rex — Petrus Zeronski

Nobilis Vilhelmus Hewel cedit de Iure Feudi sibi super certas Villas in Districtu Resi ten. sit. serviente, Generoso Melchiori Hewel.